

potestate literas sacras et humaniores docendi mihi publice oblata, scientiam hermeneuticam proponendi munus ad me detulit, occasio saltem non deerat, in repetitis praelectionibus, iisque in exterorum gratiam latine etiam habitis, ad arcem causae penetrandi. Congerebam igitur, quae ad auctorem illustrandum facerent; nonnulla rescindebam, quae nunc, ubi scientia tironibus ad notitiam N. T. historicam et criticam viam sternens, in molem singularem eamque fatis vastam excrevit, in hac felicius et aptius explicari possunt; multa addebam a beato *Ernestio* praetermissa,\*) potissimum ex *Semleri* et *Griesbachii* thesauris criticis; reli-

\*) Qua de re iam monuerunt S. R. *Tellerus* in libello: des Herrn I. A. Ernesti Verdienste um die Theologie und Religion. Berlin 1783. p. 9. seq. et *Semler* ὁ μακαρίτης, in additamentis ad h. l. Halae 1783. p. 23. seqq.